

cupatam cum urbibus et villis ac vicis, ad illam terram iure pertinentibus atque ad integrum praedictas curtes cum omnibus utensilibus — — sibi tradidimus — —

:Signum domni Ottonis (M.) gloriosissimi regis.: (S.J.)^{b)}

:Hildiboldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archiepiscopi
recognovi.: 5

Data non. februarii^{a)} anno dominice incarnationis DCCCCLXXXV., indictione XIII., anno vero regni tertii Ottonis secundo; actum Mulinhuson; in dei nomine feliciter amen.

37.

König Otto III. bestätigt einen zwischen dem Erzbischof Giseler von Magdeburg und dem Grafen Becelin getroffenen Tausch, nach welchem ersterer dem Grafen das Dorf Nerchau an der Mulde 10 überlässt, der Graf dagegen das Dorf Pausitz an das Erzstift abtritt. Merseburg, 991 Sept. 18.

Hdschr.: Or. Perg. Geh. Staatsarchiv Berlin.

Gedr.: Höfer Zeitschrift für Archäologie 1, 531. Stumpf 947.

Ann.: Vergl. Eönl. 22 Ann. 105, 31 Ann. 187, 122 Ann. 39 und 190 Ann. 149. S. A. 39 Ann. 105, 56 Ann. 187, 227 Ann. 39 und 354 Ann. 149.

15

(C.) :In nomine sanctae et individuae trinitatis. Otto divina favente clementia rex. Sciat universa multitudo fidelium nostrorum praesens et futura, qualiter fidelis noster: Gisalharius Magadaburgensis ecclesiae venerabilis archiepiscopus cum nostra licentia concambium quoddam fecit contra Becilinum comitem de proprietatibus suae ecclesiae. Dedit igitur praefatus archipresul ex ratione sui episcopatus villam quandam 20 Nerichouua nominatam ultra fluvium Moldaha dictum sitam praedicto Becilino comiti in concambium — — Econtra ex parte beneficii praelibati Becilini comitis eius comprobatione nostraque licentia et consensu in suum et ecclesiae, cui praesidet, ius recipiens villam quandam Buszi nuncupatam in ipsius comitatu sitam — — ea videlicet ratione, ut locus ille, quem iam dictus Gisalharius archiepiscopus a praedicto^{a)} comite nostro licito commu- 25 tando recepit cum omnibus suis utilitatibus, sub suo et ecclesiae, cui praest, successorumque illius iure perpetualiter per nostram munificentiam consistat et quod antedictus Becilinus ex portione archiepiscopatus ipsius iam scripti archipontificis per concambium ab eo accepit nostro concessu per suę vitę tempora beneficiario usu possideat et illa villa superius iam Buszi nominata, sicut a nostris nuntiis et archiepiscopi et praedicti Becilini 30 comitis legatis certis limitibus determinata est, sub archiepiscopi praesentis^{a)} et eius ecclesiae successorumque illius potestate perenniter persistat et altera villa Nerichouua cum suis determinationibus sub iure comitis antedicti beneficiaria potestate permaneat. — —

:Signum domni Ottonis (M.) gloriosissimi regis.: (SJD.)

:Hildibaldus episcopus et cancellarius vice Uuilligisi archiepiscopi 35
recognovi.:

Data XIII kal. octobris^{b)} anno dominicae incarnationis DCCCXCII., indictione V., anno autem tertii Ottonis regnantis octavo; actum Mersaburg.

36. a) Foltz, Otto III. 2.

37. a) p. b) K octobris.